BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 74r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pura coquatur, uentrem constringit. Risi
preterea superflua et continuata comestio apud
solitos hre uentris dolores, nocumentum prestat.

Nobilium est spes leguminum, quod uulgariter
dicitur piselli: frigidum est in primo et
inter frigiditatem et siccitatem fere temperamentum obtinet: parui existit nutrimenti, et malum generat sanguinem: nervio quoque impedimentum prestat: neque tantam uentositatem inducit sicut faba. in eius cortice est stipticitas: sed mundata melius generat nutrimentum: eius brodium contra tussim et dolorem pungitiuum in pectore auxilium facit.

No. remedium contra tussim

Rapa calida est in secundo: humida in primo: difficilis digestionis existit: inter ceteras radices, aut herbas plurimum est nutrimenti: licet mollem et flematicam generet carnem propter sui uentositatem et inflationem: unde coytum et eius materiam augmentat et corpus impinguat, et proprie quando in igne coquuntur. Si prima abiecta decoptione in secunda coquantur aqua, temperiem